DIEM FESTVM
MNEMOSYNÆ
D. PETRI ET PAVLI
SACRVM
VIRIS
NOBILISSIMIS EXCELLENTISSIMIS ATQVE DOCTISSIMIS

PETRO JAENICHIO

GYMNASII THORVNENSIS RECTORI
OPTIME MERITO
ET

GEORGIO PETRO Schultz

DOCTORI ET PROFESSORI
EIVSDEM GYMNASII LONGE DIGNISSIMO
PATRONIS FAVTORIBVS AC STUDIORUM PROMOTORIBUS
AETATEM
COLENDIS
NOMINALEM EXOPTATISSIMVM
A MDCCXV, d. xxIx. Junii
DEVOTA MENTE AC MANU
GRATULATUR
MICHAEL FRID. TENNIGS *Regiom. Pr.*
LL. AA. St.

THORUNII, Impressit Joh. Nicolai NOB. SENAT. & GYMN. Typographus.

יהוה

ADspice fulgentem radiis hoc tempore solem,
In campis fructus ut generet teneros;
Compleat ut rigidam recreanti lumine terram:
Quælibet ut radiis ornet opaca suis.
Hinc facies solis splendentis lucida sese
Sistit, cum pulchro lemmate picta mihi:
Lustrat & illustrat. *Quid vult? Quod tristia quævis*
Dummodo sol præsens, jam procul inde sient.

Sic

*Sic eſt l*e*tus ovans, dum meſſis proſtat, arator*
Prodit, quum ſequitur multa ſerena dies.
Quid jam ? quid jacto multis ego jubila ruris?
Dum mihi, dum profert propria, lætus ager.
Protinus heu cerno ſoles *ſplendeſcere* binos
Qui illuſtrant, luſtrant *optima prata mihi*
Quid ſibi quid poſcit ſolis facies utriusque?
Hoc ego ſollicita cernere mente volo.
Altera Jænichii *eſt Rectoris ſplendida noſtri*
Quæ Scholæ campos arvaque grata facit.
Altera SCHULZIADIS *Doctoris lucida noſtri*
Efficit, ut ſcholæ ſplendida prata ſient.
H*i noſtri* luſtrant, Illuſtrant *arva Lycæi ;*
Jungunt, conjungunt æque ſuos radios.
Vos nunc, quos nomen jungit venerabile Petri
Officiique decus, jungit amœna dies ;
Illa ſimul jungat vobis ſua jubila quævis
Ut contriſtentur nubila nulla diem.
Mnemoſynæ Divi Petri Paulique dieclam
Perpendo ſacram, plectra canora ſonent.
Ac reſonent; faciunt vobis hæc otia Divi
Jubila cuncta Petri *poſcit amœna dies*
Plaudo, jam penitis ſolvit præcordia fibris;
Totaque ſub votis mens animi acta fremit.

Vos

Vos nunquam noſtri capiant faſtidia Pindi
Quos ſoles claros ſuſcipit uſque ſuos.
Offero quæ valeo, nunc addo pectore votum
Hocce meum, (juſſit vota precesque Deus)
Adverſas animo res, morbos arceat omnes
Sit vobis, Veſtris gratia magna Dei.
Sint vobis præſto felicia, læta, ſecunda,
Et quæ largiri fata benigna ſolent.
Hoc tandem priſcum: feliciter omnia cedant
Acclamo. Votis annue ſumme Deus!